



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 7. Quinam dispensare possunt in Irregularitate?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

alioqui se exponeret periculo faciendi actum  
prohibitum.

Hinc qui fecit aliquid illicitum, ex quo du-  
bitat, an mors alterius secura sit, censendus  
est irregularis; nam est dubium facti.

*Q. 7. Quinam dispensare possunt in Irregu-  
laritate?*

*Resp.* Episcopus potest cum suis subditis di-  
spensare in omni Irregularitate, & Suspensi-  
one proveniente ex delicto occulto, nec adfo-  
rum contentiosum deducto, exceptâ eâ, quæ  
oritur ex homicidio voluntario, Trident. sess.  
24. c. 6. Item cum illegitimo ad Ordines Mi-  
nores & Beneficium simplex, non requirens  
Majorem Ordinem, cap. 1. *de Fil. Presb.* in 6.  
& in Bigamia similitudinaria, cap 4. *de Cle-  
ric. conjug.*

In aliis omnibus solus Papa dispensare po-  
test, vel is qui ab eo privilegium accepit.

Nostræ Societatis Præposito Generali, &  
aliis Superioribus respectivè concessum est à  
Paulo III. privilegium dispensandi cum nostris  
in quavis irregularitate, præterquam homici-  
dii voluntarii, & mutilationis membrorum, &  
Bigamia.

Porro hoc ipso quod conceditur facultas  
absolvendi à Censuris reservatis, non censetur  
etiam concedi pro Irregularitate, cum irregu-  
laritas non sit censura, & difficilior sit irregula-  
rita-

ritatum, quam censuratum relaxatio. Et secundum Romanæ Curiæ stylum nunquam censetur concessa facultas dispensandi in irregularitate, nisi fiat illius expressa mentio. *S. Carolus. in Instruct.*

*Not.* Communis sententia docet, quemlibet Sacerdotem approbatum; seclusa prohibitione posse absolvere a peccatis irregularitatem annexam habentibus, si illa non sint reservata: nam Irregularitas adjuncta non impedit effectum absolutionis, cum non pugnet cum statu gratiae; neque arcet a perceptione Sacramentorum, excepto Ordine; cum sit mera inabilitas, solùm impediens Ordinum susceptionem aut eorum exercitium. Unde potest quis absolvitur a peccatis, remanente irregularitate eis annexa: & re ipsa in Jubilais hæc non relaxatur iis qui, virtute illorum, a peccatis, & censuris absolvuntur.

**F I N I S.**



**INDEX**